1. Absolucio iurisdictionis a censuris in capitulo visitorum aut alias impendenda.

Auctoritate Dei omnipotentis et clavium ecclesiasticarum in hac parte ordini nostro concessarum a censuris ecclesiasticis vos absolvimus et communioni ecclesie atque participancie sacramentorum vos restituimus et vobiscum dispensamus et ad exercicionem agendorum reabilitamus. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

¹⁾ Nach Ms. 26 der Bibl. des Gymn. Carol. zu Osnabrück. Interessant ist die Sorgfalt, mit welcher Theologen und Rechtsgelehrte die Formeln feststellen. Schon Binterim hat über die Absolutionsformeln einige Ausführungen gemacht. S. Binterim, Pragmatische Geschichte der deutschen Concilien. Mainz 1872. Bd. VII, S. 552 ff.: Ueber die Art der öffentlichen Busse in Deutschland im 15. Jahrhundert. S. 557 f.: Von der Forma absolucionis a censuris etc. S. 559: Von den ältesten gedruckten Agenden in Deutschland. Die Formeln wurden 1483, September 1. zu Erfurt bestätigt. 1509 wurden sie neu vom Capitel wieder eingeschärft.

²⁾ Cerimonia Dist. III. cap. 6 schreibt vor, dass der celebrierende Priester jedesmal vor der Celebration beichte, aber kurz: non palliando aut circumloquendo culpam tegat aut minuat vel excuset, non obscure sub dubio aut contradicione per si, per forte, per vel seu per nescio quantum aut sicut me Deus culpabilem novit aut similia, ut quibusdam moris est, sed nude, pure et simpliciter etc. Die Absolutionsformel ist: Misereatur tui etc. Et ego te absolvo a vinculis excommunicacionis, si necesse fuerit, et a peccatis tuis. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. et continuo subiungit (sacerdos): Passio et meritum.

2. Absolutio impendenda in morte de iure communi sacramentaliter.

Dominus noster Jesus Christus te absolvat et auctoritate sacerdotali ego te absolvo a censuris ecclesiasticis et eadem auctoritate ego te absolvo a peccatis tuis. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

3. Absolutio plenaria in articulo mortis impendenda.

Dominus noster Jesus Christus te absolvat et auctoritate ipsius et apostolica ego te absolvo a censuris ecclesiasticis et absolvo te a peccatis tuis concedens tibi plenariam remissionem. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

4. Absolutio iurisdictionis defunctis impendenda.

Auctoritate Dei omnipotentis et clavium ecclesiasticarum nostro ordini concessarum a censuris ecclesiasticis, si quas contraxistis, in quantum autoritas clavium se extendit, vos absolvimus et suffragia ecclesiastica vobis impendimus. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Praesidens: Anime fratrum, familiarium etc. de profundis et collecte sequuntur.

VII. Die Confraternität der Bursfelder Congregation.

Die Congregation ertheilte nach dem Brauche jener Zeit Gönnern, Wohlthätern und Freunden Confraternitätsbriefe. Alljährlich wurden auf den Capiteln neue Glieder aufgenommen und die Namen der verstorbenen genannt. Je weiter sich die Congregation ausdehnte, umsomehr wurde die Verbrüderung mit ihr gesucht, so dass sie durch die Verpflichtung gegen ihre Freunde schliesslich arg beschwert wurde, und die Mönche jahraus jahrein für die Verstorbenen hätten Totenofficien halten und Seelenmessen darbringen können.

Man suchte darum die Pflichten durch eine neue Formulierung der zu ertheilenden Confraternitätsbriefe zu mildern.

Zuerst wurde 1488, (August 20. zu Erfurt) darüber verhandelt:

Demum placuit patribus assumere moderatam formam et generalem in literis petentibus nostram fraternitatem servandam, quam dominus Bursfeldensis in capitulo semper habebit presentem, secundum quam tamen fratres observancie nostre non erunt obligati ad specialia suffragia, sed tantum ad communia, que fiunt pro vivis et defunctis in monasteriis nostre observancie, nisi post obitum eorundem speciale quid tactum fuerit in recessu capituli.

Im Verfolge dieses Beschlusses wurde 1489, (August 23. zu Erfurt) die Vereinbarung getroffen: de forma moderata assumenda in literis nostre confraternitatis deinceps dandis et concedendis prout sequitur:

Nos Johannes, Dei paciencia, abbas Bursfeldensis, principalis presidens, N. et N. compresidentes, N. et N. diffinitores monasteriorum N. et N. abbates, totumque capitulum observancie Bursfeldensis ordinis s. Benedicti venerabili viro N. nobis in Christo sincere dilecto salutem et per virtutum incrementa ac devota beatorum oracionum suffragia vitam et gloriam consequi sempiternam. Cum iure divino lex mutue caritatis generaliter nos obliget et efficiat debitores, illis tamen quorum erga nos et ordinis nostri sanctissimi Benedicti observanciam maiorem caritatis devocionisque affectum certis indiciis experimur, nos merito reddit per amplius obligatos: Hinc est, quod exigentibus pie devocionis vestre meritis, quam ad nos nostrumque ordinem geritis prelibatum affectibusque vestris sinceris complacere cupientes, vobis de gracia speciali sincera ex caritate plenam concedimus et impertimur eiusdem nostre observancie omnium spiritualium communem participacionem et confraternitatem in vita pariter et in morte exerciciorum, que per nos et fratres eiusdem observancie nostre salvatoris nostri clemencia dignabitur operare Addentes insuper de speciali gracia, sicut vestra sincera meruit caritas, quod cum obitus vester, quem tamen omnipotens Deus felicem faciat, nobis fuerit denunciatus, pro vobis faciemus et fieri in nostris monasteriis ordinabimus confraternitatis oraciones et suffragia, sicut pro ceteris confratribus carissimis facere consuevimus indilate, cupientes intimis ex affectibus, quatenus per viscera misericordie Dei et multiplici suffragiorum presidio hic a malis protegi et in futurum mereamur in eterna tabernacula feliciter introduci.

Datum et cetera.

Bald darauf muss das Capitel sich von neuem mit dieser Angelegenheit beschäftigen; 1495 (Sept. 1. zu St. Martin in Köln) heisst es:

Ad succurendum conscienciis scrupulosis, quarum est in multis formidare, ut nostris benefactoribus et in Christo amicis utcumque satisfaciant, placuit patribus omnibus semel statuentibus pro semper, quod pro hiis, qui literam confraternitatis habuerunt ab annali capitulo, quilibet frater nostre unionis pro quolibet unam missam legere tenetur sicut pro monacho alterius cenobii, volentes nichilominus, ut omnes nostre observancie fratres hanc nostram constitucionem diligenter observent omni murmuratione seposita et criminosa disputacione, quia non sine magna maturitate et consideracione singulari hoc fieri ordinatum; in hoc

eciam danda est de cetero litera confraternitatis, cuius forma penes dominum Bursfeldensem habetur et alios.

Und weiterhin im Verlaufe der Verhandlungen des gleichen Capiteis lesen wir:

Prohibemus, ne aliquis de cetero ad confraternitatem nostram recipiatur, nisi per se insteterit, sine aliqua alterius instigacione, et cuius zelus et meritum non unius vel paucorum cenobiorum utilitatem sed tocius capituli annalis respiciat, que coram patribus semper erunt declaranda.

Dieser Beschluss wird 1494 bestätigt.

1496 (August 28. in Reinhausen):

Et quia non sine gravi querela ad audienciam venit patrum, qualiter nimia assumptio fautorum et benefactorum ad nostram confraternitatem in gravamen et iacturam devenit fratrum; quibus querelis patres obviare possetenus volentes maturo desuper usi consilio unanimiter statuerunt, ut insuper pro omnibus assumendis ad fraternitatem nostram et pro omnibus fratris (!) nostris donatis eodem anno per mortem sublatis in capitulo recitatis quinque missas defunctorum quolibet in monasterio volumus legi, quantocius fieri poterit, ut ex hoc fratres donati devociiores fidelioresque reddantur neve deterioris condicionis quam seculares persone senciantur.

Item forma litere confraternitatis dande in hoc articulo retractata est, quod de cetero nullus fratrum nostre unionis astrictus sit in specie legere missam, sed singuli in quinque missis ordinandis quolibet in monasterio legendis satisfaciant.

1497 (August 27. zu Erfurt):

Ad relevandos labores fratrum nostre unionis decrevimus, statuimus et ordinamus per vim statuti perpeti (!) nulla probacione vel confirmacione ulteriore indigentis, quod quilibet frater subiectus nostre unioni, si sacerdos est, unam missam, si non sit sacerdos, unam septenam cum letania semel dumtaxat debet legere pro omnibus donatis, benefactoribus, confratribus nostri capituli et unionis literas confraternitatis habentibus, qui in capitulo fuerint denunciati singulis annis, statutis, decretis seu declaracionibus quibuscumque non obstantibus in contrarium in aliis recessibus quomodolibet positis.

Ihre Pflicht den Todten gegenüber erachtete die Congregation jedoch als eine ernste und mahnt daran.

1502 (August 28. zu Erfurt):

Ad nostram audienciam veridica narracione pervenit, quod patres aliqui in denunciandis mortuis suis ad monasteria nostre unionis eciam viciniora sibi nimium fuerint negligentes paucis pecuniis in hoc contra fraternam charitatem parentes. Monemus

ergo omnes et singulos, quatenus in antea sint diligenciores faci-
ciantque mortuis suis, quod sibi fieri volunt.

Als Beispiel einer besonderen Festsetzung des Capitels für
einen Inhaber eines Confraternitätsbriefes möge der folgende
Beschluss dienen. 1503 (Sept. 3. zu St. Jacob bei Mainz):

Ohiit eciam illustris dominus Wilhelmus, dux Brunswi-
censis, unionis nostre tutor, patronus et defensor, qui habuit
literam confraternitatis nostre sub ea forma, quod in singulis
monasteriis nostris solemnes pro eo fient exequie, ut decent
principem. Insuper quilibet sacerdos missam, subsacerdotes
septenam cum letania et conversus septem oraciones dominicas
quantocius legere teneatur.

VIII. Berichte der Visitatoren.¹⁾

Die Bestimmungen der Ceremonien über die Visitations-
berichte (Marianthaler Druck p. 71) sind:

De carta visitacionis et visitacionibus suis temporibus
faciendis.

De peracta quoque visitacione carta fiat in qua visitatores
auctoritate capituli annalis precipiant sub penis eciam tempora-
libus aut censuris, si opus fuerit, ordinacionibus suis fideliter et
humiliter obedire, eaque duplicata et utraque subscripcione visi-
tatorum signata, visitatores sibi unam retineant in futuro capitulo
presidentibus exhibendam; alteram vero in monasterio visitato
conventualiter sepius legendam et futuris visitatoribus presen-
tandam relinquunt, insertis autem carte nove hiis, que in antiqua
remanserant minus emendata.

Beschluss des Jahrescapitels 1499:

Item cum tempore annalis capituli domini presidentes et
diffinitores in multis sint occupati nec cartas monasteriorum
visitatorum prolixas de facili legere possint, statuimus et ordi-
namus, quod visitatores deinceps debent ad summariam informa-
cionem de statibus monasteriorum per se visitatorum mittere sub
sigillis suis clam ad capitulum sub tali vel simili forma:

Visitavimus monasterium N. — die tali —; invenimus
abbatem cum — tot — discipulis; estque ibi bona disciplina
vel mediocris vel optima vel parva. — Abbas circa
divina est diligens, mediocris vel negligens; est bonus vel malus;
illa vel illa fecit vel facit et talis est. — Fratres sunt eciam
boni vel mali, disciplinati vel indisciplinati, obedientes vel inobe-
dientes; in illis statutis et in illis sunt diligentes et in illis sunt
negligentes.

¹⁾ Auffällig bleibt es immer, dass so wenig Berichte erhalten sind.

Monasterium in spiritualibus stat bene, mediocriter vel male. — Est in debitis tantis, vel sine debitis; stat in talibus bene mediocriter vel male. — Abbas bene regit vel male.

Et in hunc modum scribant maiora puncta bona vel mala, ita ut clare sciri possit uniuscuiusque monasterii status tam in spiritualibus, quam in temporalibus.

In den folgenden Jahren wurde die Formel gut geheissen, jedoch Vorsicht anbefohlen, dass der Bericht nicht in falsche Hände gelange.

IX. Formeln für die Schreiben an die Wähler bei Abtswahlen.

(Nach dem Marienthaler Drucke.)

1.

[p. 10.] Dilecto in Christo fratri . N. monacho monasterii sancti . N., ordinis sancti Benedicti, frater . N. prior aut alius presidens pos. abbatem et conventus iam dicti monasterii salutem in dominot Fraternitati tue presencium tenore innotescat, quod die tali mensis . N. dominus . N. quondam abbas monasterii nostri prefati, sicut domino placuit viam universe carnis ingressus fuit, et corpus eius cum debita reverencia [p. 11.] ecclesiastice traditum sepulture: Ne igitur monasterium nostrum sepe fatum per diuturnam vacationem gravem paciatur in spiritualibus et temporalibus lesionem, diem talem cum continuacione dierum sequencium ad tractandum de futuri pastoris electione et ad electionem celebrandam in nostro capitulo communiter ducimus statuendum.

Quapropter fraternitatem tuam attente requirimus et sollicitamus expresse, quatenus die prefata nobiscum ad tractandum et colligendum in capitulo nostro prelibato concurrere procures. Alioquin tua absencia non obstante procedere ad celebrandum huiusmodi electionem curabimus et dicto monasterio nostro de persona idonea providere. Si insuper procuratorem ad certam personam eligendam substituere decreveris, qui secundum iuris communis dispositionem in huiusmodi electionis negocio substitui potest, ad iuramentum prestandum, confessionem sacramentalem faciendam et sacram communionem percipiendam sub pena in decreto Basiliensis concilii de premissis faciendis promulgata tenoveris astrictum.

Nos enim fidei et relacioni veridice talis nuncii nostri iurati latoris presencium super vocacione huiusmodi stare proponimus, ut est iuris.

Datum etc.

Et sit hec litera aperta sigillo prioris vel conventus roborata.

2.

Forma literarum responsalium absencium personali
presencia comparere in electione non valencium.

Honorabili ac religioso N. priori et fratribus conventualibus
monasterii sancti . N., ordinis sancti Benedicti, . N. diocesis, frater
eiusdem monasterii monachus professus cum humili reverencia in
Christo Jesu complacendi affectum. Quia electioni futuri abbatis
die tali faciende arduis prepeditus et variis negociis personali
presencia interesse non valeo, ideo religioso fratri . N. monacho
monasterii nostri prefati vices meas in toto illo electionis negocio
pro hac vice committo omnibus modo et forma, quibus id fieri
potest et debet. In cuius rei testimonium sigillo meo etc.

3.

Forma vocacionis absencium in valvis ecclesie,
ubi talis fuerit consuetudo.

Notificant prior et conventus monasterii sancti . N., ordinis sancti
Benedicti, diocesis . N., omnibus et singulis presentes literas inspecturis
et quorum interest vel interesse poterit quomodolibet in futurum.
Quod pridem die tali mensis . N. quondam venerabili dominus .
N. abbas eiusdem monasterii sicut domino placuit viam universe
carnis est ingressus ipsiusque corpus cum debita reverencia
ecclesiastice traditum sepulture. Et ne ipsum monasterium grave
[p. 13] in spiritualibus et temporalibus prout esset verisimile paciatur
detrimentum, diem . N., que erit talis mensis . N., cum continuacione
dierum sequencium ad tractandum et providendum de futuri
pastoris substitutione communiter duxerunt statuendum. Qua propter
per presentis cedule affixionem et bedellum sive nuncium nostrum
curatum ad hoc specialiter deputatum citari mandant et citant
omnes et singulos sua interesse putantes, qui huiusmodi electioni
de iure aut consuetudine debent, possunt et volunt interesse,
quatenus die supradicta hora terciarum cum dierum sequencium
continuacione in dicto monasterio ac loco capitulari eiusdem
legittime compareant ad tractandum de futuri abbatis electione et
ad ipsam electionem si opus fuerit procedendum et procedi
videndum et omnia alia et singula faciendum, que in premissis
necessaria fuerint vel quomodolibet opportuna ; certificantes eosdem,
quod sive comparuerint sive non, nichilominus ad premissa
omnia et singula, prout iuris et moris fuerit, procedere et eidem
monasterio de persona ydonea, prout dominus inspiraverit, providere
curabunt ipsorum absentia non obstante. Datum etc. sigillo con-
ventus memorati in fidem et testimonium premissorum presentibus
subimpresso.

X. Die Eidesformeln bei der Wahl eines Abtes.

Die Congregation richtete sich bei ihren Wahlen genau nach dem Decrete, welches das Baseler Concil Sess. XII. (1433, Juli 13.) erlassen hatte.¹⁾

Jeder Wähler musste sich durch folgenden Eid binden: [p. 24.] Ego frater . N. iuro et promitto omnipotenti Deo et tali sancto vel sancte (sub cuius vocabulo dedicata est ecclesia) eum eligere, quem credam futurum ecclesie in spiritualibus et temporalibus utiliozem, nec illi vocem dare, quem veri similiter scivero promissione aut dacione alicuius rei temporalis seu prece per se aut per alium interposita aut alias qualitercunque directe vel indirecte pro se electionem procurare.

Die Congregation hatte hierzu noch folgenden Zusatz gemacht: Insuper ego . N. sub iuramento prestito promitto, quod si electus fuero in abbatem et electioni in personam [p. 24.] meam facte consensero super observancia reformationis et consuetudinum approbatarum presentis monasterii in forma per capitulum annale desuper concepta et approbata mox post confirmationem publice iuramentum prestabo, sic me Deus adiuvet et hec sancta evangelia. Quod iuramentum cum ab omnibus prestitum fuerit, petat presidens sive director desuper publicum instrumentum.

Eid des neugewählten Abtes.

[p. 45.] Ego . N. in abbatem monasterii sancti . N. ordinis sancti Benedicti . N. dyocesis canonice electus et confirmatus bona fide promitto, quod reformationi introducte vel introducende dicti monasterii fideliter manutenende atque propagande operam dabo. Insuper iuro et promitto, quod statuta capituli annalis patrum de observancia Bursfeldensi ordinis supradicti de obediencia iam dicto capitulo, ut moris est, per me vel procuratorem meum legitimum infra annum prestanda atque de absolucione officii abbacialis singulis annis petenda et ea concessa suis in locis acceptanda necnon de resistencia contra premissa non facienda aut procuranda, sive procurata per alios utenda [p. 46.] fideliter observabo, neque absolucionem de premissis omnibus et singulis impetrabo aut impetrata vel motu proprio concessa uti volo. Quodque presens iuramentum infra unius mensis spacium, vel quam cito sigillum abbaciale adeptus fuero, stilo commendatum sigillabo et memorato capitulo aut visitoribus ab eodem michi

¹⁾ S. die Ceremonien (Marienthaler Druck p. 13 sqq.): Quod decretum concilii Basiliensis legi debet et ab omnibus observari. — Das Decret bei Mansi, Sacrorum conciliorum nova et amplissima collectio. Venetiis 1788. Tom. 29, 61 sqq. Monumenta conciliorum generalium saec. XV. Concil. Bas. script. tom. II. p. 402 sqq. Vergl. darüber auch den Bericht des Benedictiners Ulrich Stoeckel von Tegernsee bei Haller, Concilium Basiliense. I. Basel 1896. S. 65 ff.

deputatis presentabo aut presentandum procurabo, dolo et fraude seclusis. Sic me Deus adiuvet et Dei evangelia.

XI. Formeln für Wahlprotokolle.

1.

[pag. 40.] Forma, qualiter electionis decretum debeat fieri cum per formam scrutinii electio est celebrata.

In nomine domini. Amen. Reverendissimo in Christo patri et domino, domino . N. ecclesie . N. archiepiscopo, prior et conventus monasterii sancti . N. Vestrae Reverendissimae Paternitati humiles et devoti filii cum omni reverencia oracionum nostrarum suffragia ac infrascriptorum agnoscere veritatem.

Quia propter vacationem diutinam monasteria pastoralibus solaciis destituta gravia in spiritualibus et temporalibus dispendia paciuntur. Idecirco anno tali et die tali defuncto bone memorie domino . N. abbate novissimo monasterii nostri prefati et ipsius corpore cum devocione et reverencia tradito ecclesiastice sepulture, ne ipsum monasterium viduitatis sue incommoda diucius deploraret, fuit a presentibus talis dies cum continuacione immediate sequencium dierum ad electionem futuri abbatis celebrandam concorditer assignatus. Convocatis igitur secundum statuta nostra venerabilibus dominis . N. et . N. visitoribus nobis in capitulo annali novissime [p. 41.] deputatis, aliisque convocandis et convenientibus in termino supradicto ad capitulum nostrum omnibus, qui debuerunt, voluerunt et potuerunt commode interesse, post invocacionem sancti spiritus, per solemnem et devotam misse de eodem in presencia omnium electorum celebracionem ac saluberrime eucaristie sacramenti eligencium communionem; aliisque iuxta sacri Basiliensis concilii decreta rite peractis, matura deliberacione prehabita, placuit nobis omnibus et singulis per formam scrutinii dicto nostro monasterio providere, unde tres de nostro conventu fide dignos, videlicet a. b. c. concorditer duximus assumendos. Qui potestatem sibi a nobis traditam acceptantes, ad unum capituli nostri angulum se trahentes, secreto et singillatim primo sua et postea singulorum, cunctorumque vota diligenter exquirentes eaque stilo commendantes mox in communi ea publicarunt. Quibus publicatis et collacione numeri ad numerum, zeli ad zelum, meriti ad meritum subsecuta, compertum est maiorem et saniolem partem capituli in dominum . N. vota sua direxisse, virum utique providum et discretum, literarum scientia, vita et moribus merito commendandum, in sacris ordinibus et etate legitima constitutum, ac de legitimo matrimonio procreatum in spiritualibus devotum, religionis et observancie regularis zelatorem, ac [p. 42.] in temporalibus multum circumspectum, aliisque multiplicibus castimonie et sanctimonie virtutibus insignitum, quem talis .

N., unus scrutatorum, sua et omnium eligentium vice de suorum conscrutatorum consensu iuxta facultatem sibi ad hoc attributam solemniter elegit et publice pronuntiavit, sub hac verborum forma.

In nomine patris et filii et spiritus sancti; ut supra. Qua electione sic rite celebrata ac deinde Te Deum laudamus solemniter decantato electionem ipsam solemniter publicari et dicto electo infra tempus debitum per talem . N. presentari fecimus, consensum ipsius humili precum instancia flagitantes. Qui post humilem insufficiencie sue allegacionem tandem divine nolens resistere voluntati infra tempus a iure constitutum annuit votis nostris electioni de se facte consensiciens. Eapropter Reverendissime Pater-
nitati Vestre tam devote quam humiliter una cum dicto electo supplicamus, quatenus electionem tandem sic canonice et solemniter celebratam confirmare, ac eidem electo munus benedictionis favorabiliter impartiri, aliasque prout opus fuerit, oportune providere dignemini, ut Deo auctore, nobis et ipsi monasterio, velut pastor bonus preesse valeat utiliter et prodesse. Nosque et alii eius [p. 43.] subditi sub ipsius regimine in observancia regulari domino virtutum possimus salubriter militare. Acta sunt hec in monasterio sancti . N. pretacto sub anno domini etc.

In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium presentes litteras sive presens publicum instrumentum sigilli nostri conventualis appensione manuumque nostrarum una cum notarii publici subscriptione iussimus et fecimus communiri.

Ego . N., prior, predictis interfui et in predictum dominum et fratrem . N. consensi, ac etiam manu propria huic decreto subscripsi. Ego . N., unus de scrutatoribus supradictis, omnibus interfui et in dictum dominum . N. consensi ac ipsum vice mea et vice conventus, ut est dictum, elegi et per talem . N. huic decreto subscribi feci, quia scribere nescivi. Ego . N., monachus et cellerarius aut custos, officiatas etc. predictis interfui et p. in scrutinio nominavi, sed quia publicato ipso scrutinio et collacione habita diligenti repertum fuit, quod maior et sanior pars totius conventus duxerat in dominum . N. vota sua, a nominacione dicti . p. recessi et in dictum dominum . N. consensi ac huic decreti manu propria subscripsi. Actum etc.

2.

[p. 43.] Forma, qualiter electionis decretum fieri debeat, cum per formam [p. 44.) cõpromissi electio celebratur.

In nomine domini Amen. Reverendissimo in Christo patri et domino etc.; ut supra usque: ibi placuit nobis per viam compromissi dicto nostro monasterio providere. Unde duos abbates . N. et . N. et tres de nostro conventu fide dignos videlicet

a . b . c . concorditer duximus assumendos, qui potestatem a nobis sibi traditam acceptantes et in partem secedentes, tandem post tractatus inter se habitos plurium personarum prout ipsi exposit nobis retulerunt unanimiter in dominum . N. fratrem nostrum concordarunt, virum utique providum et discretum etc. ut supra; quem talis. N. unus compromissariorum infra terminum in compromisso prefixum vice sua et suorum compromissariorum ac tocius conventus elegit solemniter et publice pronunciauit sub hac verborum forma: In nomine patri et filii et spiritus sancti; ut supra usque ad finem.

3.

[p. 44.] Forma qualiter electionis decretum fieri debeat, cum per formam inspiracionis electio est celebrata.

In nomine domini . Amen. Reverendissimo etc. usque: ibi commode interesse: statim nullo alio tractatu interveniente subito et repente spiritus sancti gratia, ut firmiter credimus, inspiravit omnes nullo penitus discrepante direximus in dominum . N. fratrem [p. 45.] nostrum vota nostra, viram utique providum etc. ut supra. Quem una voce ac uno spiritu in nostrum et monasterii nostri elegimus abbatem et pastorem. Qua electione sic rite celebrata etc.; ut supra usque in finem.

Johannes Rosanensis, »Tabula monasteriorum Ord. Cist.«

Von Landesarchivar Dr. B. Bretholz, Brünn.

Nach den im Jahrg. XIX in dieser Zeitschrift erschienenen Ausführungen P. Tescelin Halusa's O. Cist. „Zur wissenschaftlichen Thätigkeit der aufgehobenen Cistercienserabtei Wellehrad in Mähren (Oesterr.)“¹⁾ haben wir in Johannes Rosanensis den ersten im Kloster Wellehrad schriftstellerisch thätigen Mönch zu sehen, „so weit es nach den vorhandenen Hilfsmitteln festgestellt werden konnte“. Als seine Arbeit wird eine „Tabula monasteriorum Ord. Cist. cum serie abbatum Wel. usque ad a. 1621“ angeführt. Diese Angabe geht wohl zweifellos auf Cerroni zurück, der in seinem handschriftlich im mährischen Landesarchiv erhaltenen Werke folgendes schreibt:

„Rosannensis Johann des Stiftes Goldenkron in Böhmen, Cistercienserordens-Profess; er trat sodann mit Bewilligung seines

¹⁾ Studien und Mittheilungen aus dem Benedictiner- und dem Cistercienser-Orden, Jhg. XIX. S. 39 ff.